



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 101. Cleri Gallicani comitia in caussa Jansenii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

ut pro colligendis eleemosynis Viros Sæc. XVII.
doctos, probos, sobrios & modestos A. C. 1656.
designent, qui temporalia spiritualibus
compensare possint & valeant. Sta-
tuerat equidem hic Episcopus Synodum
anno sequenti celebrare, cum autem
grassante per urbem lue prohiberetur,
tres epistolas Pastorales ad suum Cle-
rum, populumque transmisit.

§. CI.

*Cleri Gallicani comitia in causa
Jansenii.*

Ineunte hujus sæculi anno quinquage-
simo sexto Clerus Gallicanus Parisiis
generalia, ut vocant, comitia ad pro-
sequendam Jansenii causam celebra-
bat. Erant illa prioribus, utpote non-
nisi particularibus longe magis solem-
nia, majorisque auctoritatis ac ponde-
ris, speciemque Synodi Nationalis præ-
ferebant, eoquod quadraginta Epi-
scopi & viginti septem reliquorum Præ-
sulum absentium Deputati eo confluxis-
sent. Hi ergo pro ea, qua semper pol-
lebant, sacras causas pertractandi po-
testate, cuncta, quæ circa Jansenii pro-
positiones & Arnaldi epistolam tam in
tribus præcedentibus comitiis, quam
in Conventu Sorbonico decreta fuere,
communi calculo approbarunt. Postea
men-

*Hist. des
cinq. Prop.
Argentre
Coll. Jud.
t. 8. p. 74.
Abrege
chron. t. 3.*

Sæc. XVII. mentem suam circa Jansenistarum effi-
 A. C. 1656. gium quoad quæstionem facti declaran-
 tes, quamvis casus, in quibus Eccle-
 sia circa ejusmodi facta fallibilis vel in-
 fallibilis est, figillatim explicare nolue-
 rint, generatim tamen professi sunt,
 Ecclesiam falli posse circa causas pri-
 vatas & personales coram Papis & Con-
 ciliis agitatas, minime vero circa quæ-
 stiones facti, quod separari nequit a
 dei doctrinis aut generalibus Ecclesie
 moribus, in sacra Pagina, cujus inter-
 pretatio a traditione Catholica & uni-
 formi Patrum testimonio dependet. suc-
 datis „Hæc enim traditio, uti adde-
 „bant Præsules, quæ consistit in factis,
 „ab Ecclesia cum eadem, qua de fide
 „judicat, infallibili auctoritate est de-
 „clarata, secus omnes Christianæ ve-
 „ritates dubio ac incertitudini essent ex-
 „positæ.„ Hac declaratione Clerus
 Gallicanus nequaquam intenderat, quod
 ante Ecclesie definitionem ex seipis
 hæ duæ propositiones: *quinque propo-
 sitiones continent doctrinam hæreticam, &
 hæc doctrina continetur in libro Jansenii*
 non sint separabiles, quod ab Ecclesia
 non potuerint separari, & quod prima
 vera, altera falsa esse possit, sed quod
 hæ duæ quæstiones, postquam Ecclesia
 secundam propositionem primæ neces-
 sario conjunxit, secunda a prima in-
 separati-

separabilis sit. Id Clerus Gallicanus Sæc. XVII. A. C. 1656.
 demonstratum ibat ex ipsis Jansenista-
 rum verbis; hi enim Bullæ Innocen-
 tianæ Defensoribus, ut Jansenii dam-
 nationi involutam probarent Augusti-
 nianæ Doctrinæ damnationem, hoc
 utebantur argumento: *minime dubium*
est, quod dum Ecclesia S. Augustini doctri-
nam de gratia approbavit, in judicio de
illius sensu non erraverit, igitur S. Augu-
stini doctrina exin necessario facta est doctri-
na Ecclesie proin quæstio facti haud am-
plius est separabilis a quæstione juris;
si ergo, inferebat Clerus, facti quæstio:
an Ecclesie doctrina circa gratiam sit con-
tenta in libris S. Augustini post Eccle-
sie & Pontificum definitionem non est
separabilis ab hac quæstione juris: utrum
doctrina in S. Augustini libris contineat
doctrinam Ecclesie, proin hæc Ecclesie
& Pontificum definitio: tales vel tales
doctrinæ ex S. Augustino excerptæ conti-
nent doctrinam Ecclesie tam quoad quæ-
stionem facti quam juris fide Divina
credenda sit, eadem etiam firmitate
credere oporteat hanc Ecclesie & In-
nocentii definitionem: doctrina Jansenii
contenta in quinque propositionibus est do-
ctrina hæretica, cum non minus certum
sit, quod Ecclesia in judicio de Jansenii
sensu non erraverit, quam quod non
errarit in intelligentia sensus S. Augu-
 stini.

Sæc. XVII. stini. Non deerant tamen Janfenitis
A. C. 1656. consueta sua effugia.

§. CII.

Cleri Gallicani epistola ad Alexandrum VII. Papam.

*Deliberat.
 du Clerge
 p. 23. & 82.*

Facta hac declaratione generalis Congregatio Cleri Gallicani die secunda Septembris ad Alexandrum VII. Papam sequentes dedit literas:

Beatissime Pater!

„Non obscura sunt Divini Numinis
 „consilia, cur Beatitudinem Vestram
 „ad Episcopatus apicem, id est, ad
 „Apostolicæ Sedis Principatum, suffra-
 „gantibus omnium votis evexerit. In-
 „tererat quippe rei Christianæ, ut is
 „unitatem Ecclesiæ his difficillimis tem-
 „poribus regeret, qui pietate sua cæ-
 „leste præsidium fidelium gregi prome-
 „neri posset, atque prudentia sua,
 „ac constantia sua fluctus illos sa-
 „perare, quibus Petri navis, cujus
 „clavo feliciter tenendo admotus est,
 „atrociter concutitur. Nos sane, qui
 „a Christo Domino in partem sollici-
 „tudinis vocati sumus, ministerio no-
 „stro id egimus Superioribus annis a-
 „pud felicis memoriæ Innocentium X.
 „ut